

dominus Wilhelmus, Misnensis marchio, terrae Orientalis et in Landesberg nobis insinuare curavit, quod in propriae salutis ac praedecessorum successorumque ac ipsius remissionem peccaminum atque remedium animarum — vicariam et altare de novo constructum et consecratum supra testudinem novam in ecclesia Misnensi ob reverentiam dei omnipotentis beataeque et intemeratae Mariae virginis, genitricis filii eius domini nostri Jhesu Christi ac omnium sanctorum et specialiter sub titulo sanctorum martyrum Georgii, Mauricii cum sociis suis et Gangolfi atque beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, ac beatae Dorotheae virginis fundasset et salubriter dotasset redditibus infra scriptis, videlicet decem et octo sexagenis grossorum monetae Fribergensis annui census in opido suo dicto Hayn trans Albeam in praetorio per consules et iuratos ibidem solvendos de pensione annua ipsi domino marchioni solvi consueta, vicario seu rectori dictae vicariae seu altaris pro tempore singulis annis novem sexagenas grossorum praedictorum in festo beatae Walpurgis et novem in festo sancti Michaelis pro sustentatione sua ac oneribus supportandis. Renunciavit etiam praefatus dominus marchio pro se et heredibus ac successoribus suis perpetue omni iuri, actioni exceptioni seu quocunque legis auxilio vel defensione, quae ipsis competere[nt aut] quomodolibet competere possent in futurum in censibus antedictis, prout haec omnia in litteris ipsius desuper confectis plenius et lucidius continentur. Sane quia pro parte praefati i[llustris] principis et domini, domini marchionis nobis humiliter exstitit supplicatum, ut oblationem huiusmodi — recipere ac ecclesiasticis bo[nis et] titulis annumerare et insignire — gratiosius dignaremur, nos — oblationem censuum et reddituum nobis factam gratanter acceptavimus et praesentibus acceptamus ac ipsos census, in suo — privilegio expressatos ac appropriatos et in futurum comparandos vicariae et altari praedictis addimus — et incorporamus, ipsos quoque bonis ecclesiasticis annumeramus et intitulamus, dictamque vicariam et altare cum dote ac proprietate sua praefata ordinaria sive diocesana nostra auctoritate confirmamus et in beneficium ecclesiasticum erigimus — volentes, dictos census et redditus esse ecclesiasticos ac de cetero debere foro ecclesiastico non inmerito subiacere. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. In quorum omnium evidentiam et notitiam clariorem sigillum nostrum maius duximus praesentibus appendendum. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpen anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, in die beatae Luciae virginis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem grösseren Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 702. 1387. 28. Jan.

*Die Bürger, Rathleute und Geschwornen der Stadt Grossenhain versprechen nach dem Befehl des Markgrafen Wilhelm und seiner Gemahlin Elizabeth jährlich 18 Schock Gr. an die vom Markgrafen in der Domkirche gestifteten Vicarie des h. Georg u. s. w. zu entrichten. Vgl. No. 698.*

Wir burgere, ratlute vnde gesworn der stad czum Hoin obir Elbin, vnde di gancze gemeyne dy iczczunt sint vnde noch vns werdin, Hencze Kelle burgermeister, Nicolaus Cerremantel, Hans Leczan, Niczsche Konyngisprucke, Petir Gunczel, Bern-